

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

31. In festo S. Thomæ. de eius conuersione. Ioan. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
eremus can
endam &
s corporali
um . 2. Con
cta & dicit
Dei esset de
uibus virtute
debeamus
ctissimo li
e & vteron
dotes simu

FESTA TOTIVS ANNI. 213

berationem à tyranni dæmonis, & peccati
seruitute secuturam.

Considera, conceptionem fuisse singu-
larem & nunquam à cōdito mundo auditā
nempe omnis peccati etiam originalis ex-
periem. Si enim B. Virgo concepta fuisse
in peccato, aliquando serua fuisse diabo-
li, & rea æternæ damnationis: Quis autem
credat filium Dei putissimum, in cuius po-
testate erat eligere & condere matrem,
qualem vellit, voluisse concipi à matre, q
aliquando dæmoni infestissimo suo hosti
fuisse subiecta? 2. considera, ideo ab Ec-
clesia sancta hanc conceptionem B. Virg.
solemniter celebrari: atque ut pluris me-
ritum passionis Christi faciamus. Meruit
enim Christus, ut mater sua contra cursū
ordinarium humanarum generationum,
sine peccato conciperetur, ac ut nos indies
maiori puritati operam daremus, & per
trebras confessiones aliaque præsidia qua-
dantibus eius puritatem imitaremur.

IN FESTO S. THOMÆ 21. Dic.
APOSTOLI.

Vide meditationem in 8. Paschæ.

O 3

D 4

274 MEDITATIONES IN
De conuersione eius ab incredul-
tate. Ioann. 20.

THOMAS unus ex duodecim, non
cum eis, quando venit Iesus. Dixit
ergo alijs Discipuli ei. Vidimus Dominum.
Considera, Thomam non potuisse videre
Christum post mortem rediuitum, qui
erat à domo in qua congregati erant
stoli, ut intelligas multis consolationis
donisque spiritualibus destitui eos, q
bonorum Societate se remiserè segregar
2. considera Thomam, licet ad Apostolos
tandem rediisset, ne quidem ipsis affini
bus, se vidisse Dominum voluisse cre
re, ut discas quantum damnum spiritus
profectus homo faciat, si vel ad brevem
opus in mundo vel societate carnalium
minum versetur, nempe ut plane impun
& arrogans reddatur, & iudicia aliorum
de dignorum contemnat, ac tandem
excidat.

*Nisi videro in manibus eius fixuram
uorum, & digitum mittam in eam, non
dam. Considera, Thomæ similes in
parte esse, tum seculares tum religiosos.
Ilos quidem, quando in pietate constan
ter manerint, donec prospere eis omnia cedent.*

cum vero perperam, à pia vita desciscunt.
Hosvero quando in officio manent, quā-
diu consolationes spirituales effluunt, iis
autem seblatis te pescūt, sicut accedit huic
Apostolo Thome. Nam ante passionem
cum ceteri Apostoli dissaderent Christo
ne in Bethaniā rierat, ob periculum lapi-
dationis, Thomas spiritu ardens dixit. Ea-
mus & nos, & moriamur cum eo. Et tamen
cum aliis capto Christo aufugit, & forte
longius, quam alii, quia tardius compa-
suit.

Considera ex commemorato iam dicto
apparere, quanto amore erga Christum
Hagrarit, eo que exemplo nos doceri obla-
ta occasione libenter pro Christo, eiusque
fide & Evangelio mori, sicut & ipse tandem
mortuus est, id que in locis totius orbis re-
motissimis, ut in India orientali extrema
quod forte factum fuit, tum ut maiorem
caritatem erga Deum demonstraret, tum
ut lapsum suum hoc labore accuratius de-
leret. 2 considera, cum Christus post vlti-
mam cœnam dixisset. Vado parare vobis lo-
cum, & addidisset: Quo vado scitis, & viam
scitis. Thomam respondisse. Domine nesci-
mus quo vadis. unde intelligis eum tam hu-
miliē fuisse, ut nō erubuerit palam ignorā-

O ♫

tiara

tiam suam fateri, deinde exemplum dæ-
sc, vt non oscitanter, sed diligenter se sum
verborum Christi scrutemur, & è perito-
ribus percontemur.

26 Dec INFESTOS. S. STEPHANI

PROTOMARTYRIS.

Christus prædictit occidendos Prophetas.

Matth. 23.

DI X I T IesuS turbis & Principibus Sa-
cerdotum. Ecce mitto ad vos Prophetas
sapientes & scribes, & ex illis occidetis. Con-
sidera ineffabilem Dei bonitatem erga fu-
cos, quod cum sciret se, Stephanū, Aposto-
los paulo post talia passuros, (non enim p-
dixisset, nisi sciuisse) tamen & ipse prædi-
care perrexerit, & Apostolos miserit, ut di-
scamus, dum docemus, concionamur, vel
aliud bonum opus aliis præstamus, nō sta-
tim despondere animum, vel prouinciam
docendi relinquere, si fructus non respon-
deat. 2. Considera eiusdem sapientiam,
cur sciens prudens tanta mala permiserit,
vt videlicet Iudæi, suum Messiam, imo
ipsum creatorem suum, (quo nullum atro-
cius malum excogitari potest) in crucem
agerent, Stephanum lapidarent, Iacobum

Aposto-

